



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvodlibet XI. Continet Quæstiones X. Articulos vero XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

nulla est proportio, cum distet in infinitum, ergo intellectus creatus diuinam essentiam videre non potest.

¶ 2 Præ. Plus distat spiritus increatus ab intellectu creato, quam spiritus creatus a sensu: sed sensus non potest cognoscere spiritum creatum, ergo nec intellectus creatus spiritum increatum.

SED CONTRA est, EXO. 33. sup illud. Non videbit me homo, & uiuet, dicit gl. Gregorij. Fuere nonnulli qui Deum diceret et in illa regione dissimilitudinis in claritate sua conspici, sed in natura minime uideri, quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fessellit. Neque enim illi simplici & incommutabili essentie aliud est claritas, aliud est natura, sed ipsa ei natura claritas, ipsa claritas natura est, & ita essentia Dei uidebitur a beatis.

RESPON. Dicendum, quod necesse est ponere diuinam essentiam uideri a beatis. Beatitudo enim est ultima perfectio rationalis nature. Nihil autem est finaliter perfectum, nisi attingat ad suum principium secundum modum suum: quod ideo dico, quia ad principium, quod est Deus, attingit aliquid dupliciter. Uno modo, per similitudinem quod est eorum creatura, quæ tantum habet de perfectione, quantum consequitur de diuina similitudine. Alio modo, per operationem ut præmittatur ille modus qui est Christo singularis, scilicet unitate personæ. Dico autem per operationem, in quantum rationalis creatura cognoscit & amat Deum: & quia anima immediate facta est a Deo, ideo beata esse non poterit, nisi immediate uideat Deum. scilicet absque medio, quod sit similitudo rei cognitæ, sicut species uisibilis in pupilla, uel in speculo, non autem absque medio, quod est lumen confortans intellectum, quod est diuina gloria, de quo in Psalm. 35. dicitur. In lumine tuo uidebimus lumen: hoc autem est per essentiam Deum uideri. Vnde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creaturæ, quod Deum per essentiam uidebit: sicut philosophi, qui posuerunt animas nostras fluere ab intelligentia agente, posuerunt ultimam felicitatem hominis in continuationem intellectus nostri ad ipsam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod proportio dupliciter dicitur. Uno modo proprie, scilicet quod importat quædam determinatam excessum, & sic proportio requiritur inter intellectum & intelligibile ad hoc, quod sit cognitio cum comprehensione, qualiter diuina essentia nunquam uidebitur ab intellectu creato. Alio modo dicitur cõter pro qualibet habitudine, & sic infinitum potest habere proportionem ad finitum, si sit perfectio eius, uel aliqua huius habitudine habeat ad ipsum, & talis proportio sufficit ad hoc quod intellectus noster uideat diuinam essentiam attingendo, non comprehendendo.

AD SECUNDUM dicendum, quod obiectio illa procedit de distantia secundum proprietatem naturæ, non solum secundum rationem cognitionis. Nam spiritus creatus non est sensibilis, sed spiritus increatus est intelligibilis.

Finit quodlibet decimum.

INCIPIT QVODLIBET VNDECIMUM.

QUESTIO PRIMA.

ARTICVLVS I.

Utrum solius Dei sit proprium esse ubique.

¶ VAESIUM fuit de Deo, de angelis, & hominibus. De Deo uero quaesitum fuit de immensitate ipsius, de cognitione eius, & de prædicatione. Circa immensitatem uero Dei

quaesitum fuit, utrum solius Dei sit proprium esse ubique. Ostendebatur quod non. Numerus enim est in rebus numeratis: sed constat quod omnes partes uniuersi sunt numeratae, ergo numerus est in omnibus partibus uniuersi, & sic uidetur quod sit ubique, non est ergo solius Dei proprium esse ubique.

¶ 2 Præ. Uniuersale est quod est ubique & semper: sed uniuersale non est hoc quod Deus, ergo non est proprium solius Dei esse ubique & semper.

¶ 3 Præ. Substantia spiritualis excedit corporalem: sed hoc quod dicitur esse ubique, pertinet ad substantiam corporalem, quia in solis corporalibus est proprie assignare locum, ergo multo magis esse ubique, pertinet ad substantias spirituales, & sic uel quod non sit solius Dei proprium.

¶ 4 Præ. Ad commendationem terreni regis pertinet quod possit gubernare et in absentia sua regnum: sed Deus est commendabilior omni rege, ergo uel quod et cõpetat sibi ad suam commendationem quod gubernet totum mundum, uel aliquas partes in absentia sua per providentiam, & sic non uel quod sit Dei proprium esse ubique.

¶ 5 Præ. Constat quod quadam dicuntur Deo esse propinqua, & quædam remota, & quanto magis sunt remota, tanto magis sunt corruptibilia: non autem possent dici aliqua propinqua, & aliqua remota si Deus esset ubique, ergo uidetur quod Deus non sit ubique.

¶ 6 Præ. Dato quod tota machina mundialis esset unum corpus cõmuni, constat quod illud corpus esset ubique, non ergo est solius Dei proprium esse ubique.

CONTRA. Ambr. probat Spiritum sanctum esse Deum, quia est ubique: sed si esse ubique, non esset solius Dei proprium, ratio sua non ualere, cum ergo ratio homini ualeat, uidetur quod sit solius Dei proprium esse ubique.

RESPON. Dicendum, quod spiritualia dicuntur esse in loco, non quidem per contactum magnitudinis, sed uirtutis, & ideo secundum rationem uirtutis cuiuslibet rei spiritualis oportet nos loqui de loco in quo est. Virtus autem Dei est infinita, quod quidem infinitas apparet quantum ad duo. Primo, quia non solum excedit creaturas, quæ sunt, fuerunt, & erunt, sed et omnes quæ possunt imaginari, ergo Deus non solum est in illis quæ sunt, fuerunt, & erunt, sed et in illis quæ possunt imaginari esse. Secundo, quia uirtus Dei simul & semel in omnibus operatur, & in singulis secundum proprium modum rerum, & ideo esse ubique proprie acceptum, soli Deo cõpetit: alijs autem rebus cõpetit esse ubique improprie. Vnde distinguitur modus quo Deus est ubique, & quo alia res quibus aliquo modo cõpetit esse ubique. Nam homini dicitur esse ubique, quia sunt tantum in his quæ sunt, & presentia sunt: Deus autem non solum in his quæ sunt, sed et in imaginarijs, & in præteritis, & futuris.

¶ Itē. Alia res non sunt ubique: sicut in loco uno, sed sicut in diuersis locis: sed Deus ita est ubique, quod est in quolibet & in toto, quia eius uirtus habet efficaciam non solum in id quod est eorum uniuerso, sed et in id quod est proprium unicuique rei particulari, & ideo est in omnibus sicut in uno loco, & sicut in pluribus, quod est proprie esse ubique. Vnde cum hoc modo solus Deus sit ubique, solius Dei est proprium esse ubique.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod numerus non est in rebus numeratis sicut in loco, sed sicut accidens in subiecto.

¶ 2 Præ. Unus numerus, licet sit in omnibus numeratis sicut unica essentia, non tamen est in qualibet parte, quia non quilibet pars numeratur eodem numero. Item. Numerus non est omnino unus, sed multitudo quadam: Deus autem est in rebus per uirtutem suam, & in singulis operatur, ut dictum est.

AD

51. q. 2. ar. 3. c. re. q. 10. ar. 11. c. 4. c. 3. p. q. 7. ar. 1. c. & q. 13. ar. 10. q.

D. 46.

D. 166.

c. & ad 3. ar. 71. c. 5. & opus 3. 4. 197

2. par. q. 3. ar. 11. c. 2. & 4. o. & 1. d. 37. q. 8. o.

AD SECUNDVM dicēdū, q̄ vniuersale dr̄ esse vbiq; & semper magis p̄ remotionē, q̄ p̄ positionē. Nō enim dicitur vbiq; esse & semper, eo q̄ sit in omni loco, & in omni tempore, sed quia abstrahit ab his quæ determinant locum, & tempus determinatum: & præterea, vniuersalia non sunt substantia.

AD TERTIVM dicēdū, q̄ substantia spiritualis excedit corporalem excessu dignitatis naturæ, sed non in virtute agendi: immo videmus q̄ multæ substantiæ spirituales habent determinata corpora, in quibus agant, sicut anima rationalis corpus humanū.

AD QVARTVM dicēdum, q̄ si rex non est vbiq; p̄ totum regnum, est ex defectu regis terreni p̄ circūscriptionē suæ substantiæ. Deus autē cum sit incircūscriptus, est vbiq;: & tñ si non esset vbiq;, nihilominus gubernaret oīa prouidētia sua. Vnde in rege terreno non esse præfens est ad defectum, sed quod gubernet in absentia est ad commendationē. Deus autē & vbiq; est, & omnia gubernat.

AD QVINTVM dicendum, q̄ h̄mōi distantia & propinquitas creaturarum ad Deum non est s̄m locū, sed secundum similitudinem & dissimilitudinem. Nam illa quæ magis assimilantur Deo, dicimus esse sibi propinquiora: quæ vero magis recedunt a similitudine ipsius, dicimus esse sibi remotiora.

AD SEXTVM dicendum, q̄ dato q̄ tota machina mundiālis esset unū corpus cōtinuū, non tñ p̄ hoc posset imaginari q̄ esset vbiq;, sed in uno loco tantum, quia totum illud, in quo esset, acciperetur pro uno loco, & sic non attingeret quodlibet particulare, quod esse ubique completitur in sua ratione.

QVÆSTIO II.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus cognoscat malum per bonum.

CIRCA cognitionem vero Dei quærebatur, vtrum Deus cognoscat malum per bonū, & videtur quōd nō, quia cognoscere vnum per aliud pertinet ad defectum cognitionis: sed in diuina cognitione nullus potest esse defectus: ergo videtur quōd Deus non cognoscat malum per bonum.

¶ 2 Præ. Cognoscere vnum per aliud est in cognoscendo discurre: sed in diuina cognitione non est discursus: ergo cum cognoscere malum per bonū sit cognoscere vnum per aliud, videtur quōd Deus non cognoscat malum per bonum.

¶ 3 Præ. Quicquid Deus cognoscit, cognoscit per essentiam suam: sed malum nec est effectus diuinæ essentia, neque est ei oppositum, ut dicit Aug. ergo v̄ quōd Deus non cognoscat malum per bonum.

¶ 4 Præ. Philosophus dicit in 3. de aīa, q̄ intellectus qui semper est in actu, non cognoscit priuationē: sed intellectus diuinus est semper in actu. ergo &c.

¶ 5 Præ. Oē qd̄ cognoscit, cognoscit p̄ aliquā similitudinē in ipso cognoscitē existētē: sed malū nō h̄t aliquā similitudinē in Deo. ergo Deus non cognoscit malū p̄ aliquod bonum quod in eo existat.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit, q̄ malum cognoscitur secundum quod ab ipso bono discordat.

RESPON. Dicēdū, q̄ ppria cognitio vniuscuiusque rei est s̄m qd̄ cognoscit p̄ propriā rōnē. In cognoscibilibus autē quædā sunt q̄ habent rōnē propriā absolutā, ut homo & lapis, quorū ppria rō nō dependet ex alio. Quædam vero sunt quæ nō habēt propriā rōnē absolutā, sed ex alio dependen-

tem, sicut est in reatiuis, & priuatiuis, & in negatiuis, quorum ratio d̄pendet ex ordine quem habēt ad alia: nam ratio cæcitat̄ non est absoluta, sed dependens. in quātum habet ordinem ad visum cuius est priuata. Cū ergo Deus animam cognoscat secundum proprias rōnes. dico q̄ illa, quorū ratio est absoluta, cognoscit absolute, & nō per aliquod aliud. Illa vero, quorum est dependens, & in ordine ad alia, cognoscit secundum ordinem ad illa, ex quibus dependent. Cum ergo ratio mali non sit absoluta, sed dependens, in quantum. s̄ discordat a bono creato, cognoscit malum secundum ordinem ad bonum, secundum quod scilicet discordat ab ipso bono.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd in illis quæ habent rationem absolutam, est ad defectum cognitionis cognoscere vnum per aliud, sed non in illis, quorum ratio est ad aliud, vt dictum est.

AD SECUNDVM dicēdū, q̄ cognitio discursiua est cognoscere vñ cognitū per aliud cognitum absolute: sed cognoscere vnum incognitum, per aliud cognitum ad quod ordinatur, non est discurre cognoscendo, & hoc modo cognoscitur malum.

AD TERTIVM dicendum, q̄ licet malum non sit oppositum diuinæ essentia, tñ est oppositum effectui diuinæ essentia. Nam bonū increatum nō habet malū oppositum, sed bonis effectibus, qui causantur a bono increato, opponitur malū, & in quantum discordat ab eis effectibus cognoscitur.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ illud habet locū in illo intellectu, qui cognoscit res per adæquationem & species suas, & iste modus cognoscendi non est in Deo, qui cognoscit omnia per essentiam suam.

AD QVINTVM dicendum, q̄ licet malum non habeat aliquam similitudinē in Deo, tamen oppositum mali, id est, bonum creatum, habet similitudinē in Deo, sicut in causa sua: & ita bonum cognoscitur per seipsum, malum vero per bonum.

QVÆSTIO III.

ARTICVLVS III.

Vtrum prædestinatio imponat necessitatem.

CIRCA prædestinationē quæbat, vtrū p̄destinatio imponat necessitatē, & ostēdebat q̄ sic. Cōstat. n. q̄ p̄destinatus omnino saluatur: sed hoc non est, nisi necessariū esset p̄destinatum saluari, videtur ergo quōd p̄destinatio necessitatē imponat. ¶ 2 Præ. Ad Rom. 9. dicit Apostolus. Nō est volentis, neque currentis, sed misericordis Dei. ergo v̄ quicquid est de salute, sit ex sola p̄destinatione diuina, & ex nullo alio: & sic v̄ necessitatē imponere.

CONTRA, Augustinus dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.

RESPON. Dicēdū, q̄ p̄destinatio certitudinē habet, & tñ necessitatē nō imponit. In p̄destinatione. n. tria sunt cōsideranda, quorū duo præsupponit ipsa p̄destinatio. s̄ p̄sentia Dei, & dilectio, & voluntatē, qua vult p̄destinatum saluare: & tertium est ipsa p̄destinatio, qua nihil aliud est q̄ directio in finē, quē vult Deus rei dilectæ. Quodlibet autē horū triū certitudinem habet, & tñ necessitatem non imponit. Et q̄ p̄sentia diuina certitudinē habeat patet. Deus. n. cognoscit res nobilioris modo, quā nos cognoscamus. Nam cognitio nostra est in tempore, & ideo inuitus noster respicit res secundum rationem temporis. s̄ p̄sentia, præterita, & futura, vt cognoscat præterita vt p̄terita. p̄sentia vt p̄sentia, futura vt futura, & certitudinaliter. Cognitio vero

Tex. co. 20.

vero diuina est supra tempus, & mensuratur aeternitate solū, & ideo nō cognoscit prout sunt in tempore, sed prout sunt in aeternitate, sicut sunt praesentia, & hoc tam necessaria q̄ contingentia, vnde omnia cognoscit tanquā praesentia in sua praesentialitate. Cum ergo etiam intellectus noster certitudinaliter cognoscat praesentia, multo magis Deus omnia sibi praesentia certitudinaliter cognoscit, ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducitur. Sicut videmus, q̄ aliquis existens in loco eminenti, videt certitudinaliter ordinē venientū aliquorū & euentū p̄ vias, & alius in plano existens nō videt, nisi q̄ sunt sibi praesentia, & in hominibus istis ex hoc nulla necessitas imponitur. Nā hoc nō est nisi ex hoc, q̄ in alio existēs intuentur oīa vt praesentia, quae eunti in plano sunt praerita, s. illa quae retro sunt, praesentia illa, s. quae sunt iuxta se, & futura illa, s. q̄ anteriora sunt. Quod autem voluntas diuina certitudinē habeat, & tamē necessitatē non imponat, sic patet. Voluntas. n. Dei est efficax & perfecta causa omnium rerū: quia omnia quae cūq; voluit dñs fecit. Quis perfectio & efficacia apparet ex hoc, q̄ non solū mouet & causat res, sed etiā dat eis talē modū causandi, in quantum cuiuslibet rei determinatū modū cōtulit, quo suos effectus produceret. Vnde quia ipse voluit quaedā esse in vniuerso necessaria, & quaedam contingētia, constituit quaedā causas quibus contulit, vt a cōtingentibus causarent, & quaedam quibus contulit vt necessitatio causarent effectus. Vnde voluit istum, vel illū effectū non solum esse, sed etiā illo modo esse, s. vel cōtingentem, vel necessarium, sicut q̄ voluit Petrum non solum currere, sed et cōtingentem currere: & similiter voluit istum hominem saluare, sed eo modo vt arbitrij liberatē nō perderet. Et sic q̄ Petrus, vel Martinus saluetur, habet duas causas, vnam. s. voluntatē diuinā, & hanc habet certitudinē: aliam liberum arbitrij, & hanc habet contingētiā. Et sic est in alijs rebus, quia si sunt contingētia, prouenit eis ex causa proxima. Quod vero sint certa & necessaria, prouenit eis ex causa prima. Vnde prima causa rerum. s. diuina voluntas, et de contingētibus certitudinē habet, ex qua quidē certitudine non imponit ipsi rebus aliqua necessitas, q̄ nō solū vult ea esse, sed tali modo esse, s. necessario, vel contingenter, vt dictū est. Quod vero praedestinatio certitudinē habeat, & necessitatē nō imponat, similiter patet. Motus. n. vel directio, vel propositū dirigēdi in finē, q̄ est ipsa praedestinatio, est s̄m cōstitutio & ordinem causarū a Deo cōstitutarū. Constat autē q̄ q̄ sunt duae causae ordinatae, quarū vna est necessaria, & alia cōtingens, effectus s̄m est cōtingens. In praedestinatione autē sunt duae causae, quarū vna est necessaria, s. ipse Deus, & alia est cōtingens, s. ipsum liberū arbitrij: & ideo oportet effectū praedestinationis cōtingentē esse. Vnde quia Deus scit, & vult istū, vel illū consequi talē finem, praedestinatio certitudinē habet. Quia vero Deus vult vt s̄m libertatem arbitrij in talem finem dirigatur: ideo huiusmodi certitudo nullam praedestinatio necessitatem imponit.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ hic praedestinatus oīno saluatur, ex certitudine diuinā praedestinationis, non tñ est ibi necessitas absoluta, sed conditionalis: quia si talis est praedestinatus, necessario saluatur, non autem est necessarium simpliciter.

AD SECUNDUM dicēdū, q̄ verbū Apostoli nō est sic intelligēdū, quin sit necessariū velle & currere ex parte nostra, sed q̄ principij primū bñ operādi nō

est a nobis, sed est misericordia diuina infundente gratiam, nihilominus tamen oportet quod ex parte nostra sit aliquod principium.

ARTICVLVS IIII.

Utrum motus angeli sit in instanti.

CIRCA angelos qualiter fuit de motu angeli, s. utrum motus eius sit in instanti. Vt q̄ sic. Cōstat. n. q̄ mutatio angeli simpliciter est omni mutatione corporali: sed inuenitur aliqua mutatio corporalis in instanti, sicut illuminatio, & huiusmodi, ergo multo magis motus angeli est in instanti.

Prat. Nobilissime creatore cōpetit nobilissimus motus: nobilissimus autē motus est ille q̄ fit in instanti, ergo cōpetit nobilissime creaturae, s. angelo.

CONTRA. Omnis motus habet prius & posterius: prius autē & posterius in motu est numerus temporis, ergo in omni motu est tempus, ergo nullus motus etiam angeli est in instanti.

RESPON. Dicēdū, q̄ omnis mutatio habet terminos, quos nō cōtingit simul esse, vnde impossibile est q̄ aliquis motus, vel mutatio sit in instanti hoc modo, q̄ idē instanti ambos terminos complectatur. Vnde sciēdū q̄ in rebus corporalibus duo termini motus, vel mutationis dupliciter possunt se habere. Vno modo, q̄ sit assignare instans, in quo terminus ad quem, primo est. Et aliud instans in quo terminus a quo vltimo est, & sic cum inter quolibet duo instantia sit tempus medium, sequitur q̄ de uno termino motus in alium fiat transitus per tempus, & sic talis mutatio est in tempore, & non in instanti. Hoc autem cōtingit quando inter duos terminos motus est aliquod mediū accipere, sicut inter album & nigrum, & inter esse hic & ibi: sed alii termini mutationis sunt, inter quos non est accipere mediū, sicut inter album & non albū, inter ignem & non ignem, inter tenebrosū & luminosū: quia affirmatio & negatio sunt secundū se immediata, & similiter priuatio & forma in subiecto determinato, & in talibus licet sit accipere instans, in quo primo est terminus ad quem, non tamen est accipere instans, in quo vltimo est terminus a quo. Cū enim inter quolibet duo instantia sit tempus mediū, sequeretur q̄ in illo tempore medio, in neutro extremorum esset, quod est impossibile, cū sint extrema omnino immediata. Oportet ergo dicere, q̄ cū illud instans, in quo primo est terminus ad quem, sit terminus alicuius temporis, q̄ in toto tempore precedenti daret terminus a quo, & sic cū inter tempus & instans, q̄ est terminus ipis, non sit tempus medium, non fit transitus de una extremitate in alia in tempore, sed in instanti. Primo. n. definit esse terminus a quo, & incipit terminus ad quem, & huiusmodi mutationes dicuntur esse instantaneae sicut illuminatio, generatio, & corruptio: sed oportet q̄ istae mutationes sint termini motuum continuorum, & in tempore existentium, quia tempus, in quo est vltimo terminus a quo, mensurat aliquem motum s̄m quod subiectum accedit ad terminum ad quem: sicut per alterationem materia disponit ad formam, & p̄ motum localem corpus luminosum accedit ad finem, in quo illuminat, & s̄m hoc dī quod generatio & corruptio sunt termini alterationis, & illuminatio motus localis. Sic ergo duae sunt mutationes corporales, sed neutra harum potest esse in motu angeli. Cum enim motus angeli attendatur s̄m diuersos contractus virtuales angeli ad diuersa loca, qui quidem contractus non sunt continui, sequitur q̄ motus

D. 392.

D. 741.

D. 744.

motus

**D. 118.** motus angeli non sit continuus, & ita tēpus quod proprie mensurat motū angeli nō est continuum, cum cōtinuitas tēporis sit ex cōtinuitate motus, ut dī in 4. Phy. Non. n. pōt dici q̄ motus angeli mē fureret tēpore cōtinuo, qđ est numerus motus celi, quia motus angeli nō dependet ex motu celi: & sic sequitur q̄ motus angeli mensureretur quodā tēpore, in quo sunt instātia sibi succedētia sine cōtinuatione, q̄a tempus ex hoc q̄ est numerus, nō est cōtinuū, sed ex hoc q̄ est numerus motus cōtinuū. Sic ergo in motu angeli duo extrema motus non sunt in duobus instātibz, inter q̄ sit tēpus mediū: neq; iterū unū extremū est in tēpore, & aliud in instāti, quod terminat tēpus: sed duo extrema sunt in duobus instātibz, inter q̄ nō est tēpus a mediū, & sic oportet dicere q̄ motus angeli sit in tēpe, licet alio modo q̄ motus corporales sunt in tempore.

**D. 119.** Ad PRIMVM ergo dicendū, q̄ mutatio angeli fm̄ prādicta ostenditur esse simplicior q̄ aliqua mutatio corporalis. Est. n. simplicior q̄ illa mutatio, cuius duo extrema sunt in duobus instātibz, inter quā cadit tempus medium, tamē inter duo instātia motus angeli non cadit tempus medium. Similiter etiam simplicior est quā illa, cui unum extremū est in toto tempore continuo, cum unum extremū sit in instāti indiuisibili, & tamen non intercidit tempus medium, sicut nec ibi: & quia est simplicior, ideo etiam sequitur quod sit nobilior.

¶ Vnde patet solutio ad secundum.

QVÆSTIO V.

**D.** Et de quāsitum est de homine. ¶ Et circa hoc quāsitum est de partibus naturā humanā. De sacramentis gratiā. Et de conuerſatione humanā vitā.

¶ Circa primum quārebantur duo.

- ¶ Primò, De anima.
- ¶ Secundò, De corpore.

ARTICVLVS V.

Verum sint eiusdē substantiā anima sensitua & intellectua.

De anima. ar. 10. o.

**D.** E anima autē quāsitum est, vtrum sint eiusdē substantiā aīa sensitua & intellectua, & ostēdebat quod non. Nam anima sensitua educitur de potentia materiā: intellectua vero est per creationem, non est ergo eadem substantia vtriusque.

¶ 2. Præt. In nulla substantia quā sit vna & eadem est eodem tempore motus ad opposita: sed sensus & ratio eodem tempore mouēt ad opposita, sicut dicit Apostolus ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem &c. ergo sensitua & rationalis non sunt vnus substantia.

¶ 3. Præt. Corruptibile & incorruptibile non sunt eiusdē generis, ergo nec idem numero: sed anima sensitua est corruptibilis, intellectua vero incorruptibilis. ergo sensitua & intellectua nō sunt eadem numero, & sic nec eiusdē substantiā.

¶ 4. Præt. Anima sensitua est communis nobis & brutis: sed in brutis educitur de potentia materiā, ergo & in nobis. non est ergo eadem cum intellectua, quā est per creationem.

**CONTRA.** Vnius perfectibilis una est perfectio: sed corpus humanū est vnū perfectibile. ergo ani-

**F** ma quā est eius perfectio, est vna.

**R.** RESPON. Dicendū, q̄ circa ordinē formarum est duplex opinio. Vna est Auicēbron, & quorundā sequacū eius, qui dicunt q̄ fm̄ ordinē generū & specierū sunt diuersā forma substantiales sibi vnice aduenientes, sicut est substantia, est corpus, est animal, & est animal. Dicit ergo q̄ quādā forma substantialis est p̄ quam est substantia tantum, & postea est quādā alia p̄ quā est corpus, deinde est & alia p̄ quā est animal, & alia p̄ quā est animal, & alia p̄ quā est homo, & sic dicit de alijs formis substantialibus rerum. Sed hæc posito stare nō pōt, quia cum forma substantialis sit q̄ facit hoc aliquid, & dat esse substantiale rei, tunc sola prima forma esset substantialis, cum ipsa sola daret esse substantiale rei, & faceret hoc aliquid: oēs autē post primā essent accidentaliter aduenientes, nec darent esse rei simpliciter, sed esset tale, & sic in admisione, vel acquisitione ipsarum nō esset generatio & corruptio, sed tantum alteratio, vnde patet hoc non esse verū. Simile etiam esset in potentis anima, nā sola prima, & vegetabilis esset forma substantialis, & faceret hoc aliquid: alia vero essent accidentales, qđ omnino est falsum.

Et ideo dicendū est, q̄ huius forme differūt secundum perfectū & imperfectū. Est. n. aliqua forma, q̄ non dat nisi esse corpus tantum: aliqua est magis perfecta quā etiam dat esse & viuere, quocumque modo viuendi: aliqua quā cum his dat etiā sensum, vnde patet q̄ semper vltima est perfectior primis, & habet se ad priores, sicut perfectissima ad imperfectissimam, & ideo quicquid continetur in ipsis, totum est virtute in vltima. Vnde dicendū est, q̄ vna & eadē essentia est anima sensitua & intellectua, sed in intellectuā habet se ad sensitua, sicut perfectū ad imperfectū. Quā autem specialiter aīa sensitua & intellectua sint vnus essentia signum est, quia nisi vires animā radicaretur in vna essentia, nunq̄ vna impediretur ab alia, nec etiam virtus vnus redundaret in aliam. Item cum intellectus non habeat determinatum organum in corpore, quo mediante exerceat operationes suas, ad quid viretur corpori, nisi esset eiusdem essentia cum anima sensitua? Sic ergo patet, quod vna essentia est anima sensitua & intellectua, sed differunt secundum perfectū & imperfectū, vt dictum est.

**AD PRIMVM** ergo dicendū, q̄ aīa sensitua educit de potentia materiā in brutis, & in nobis vero non, sed est per creationem, cum eius essentia sit essentia animā rationalis, quā est per creationem.

**AD SECVDVM** dicendū, q̄ nō est incōueniens aliquid idē existēs fm̄ diuersas vires, vel partes moueri ad opposita: & ideo licet substantia anima humanā sit eadem sensitua & intellectua, tñ potest secundum diuersas partes & vires moueri ad opposita, vt scilicet sensus moueatur ad ea quā sunt sibi propria, & ratio ad ea ad quā ordinantur.

**AD TERTIVM** dicendū, q̄ licet incorruptibile nō sit idē cum corruptibilibz, tñ inuenitur aliquid incorruptibile, quod habet aliquā proprietatē communem corruptibilibz, & sic est in anima rationali. Nam ipsa substantia anima est incorruptibilis, nihilominus tamen habet aliquid in se, scilicet sensuum, quod est commune etiam corruptibilibz.

**AD QVARTVM** dicendū, q̄ licet aīa sensitua sit cōmunis in nobis & brutis quantum ad rationē generis, tñ quātum ad rationē speciei alia est in homine, & alia in brutis: & similiter alia in asino, & alia in

in equo, & in boue, & secundum quod differunt, aliqua specie, ita etiam differunt in eis anima sensitua: & ideo non sequitur, si in brutis educatur de potentia materis, quod etiam in homine, quia in homine est altioris speciei, & est per creationem.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS VI.

Virum corpus resurgat idem numero.

4. dist. 44. q. 1.  
2. artic. 1. q. 1.  
& c.

**D**E corpore autem quaesitum est, virum resurget idem numero, & ostendebatur quod non, quia secundum Philosophum in top. illud dicitur idem numero, quod est idem proprio, accidere, & diffinitione: sed corpus in resurrectione non habebit eadem propria, quia modo risibile, tunc non: non eadem accidentia, quia nunc albus, crispus, niger & hmoi, quae tunc non erunt: non eadem etiam diffinitione, quia modo diffinitur per mortale, tunc vero non mortale erit, ergo videtur quod non resurget idem numero.

**¶ 2 Præ.** Identitas materiae facit idem numero: sed materia corporis resurgentis non erit eadem cum corpore quod nunc est, cum multa forma reiterentur in ea, ergo corpus non resurget idem numero.  
**¶ 3 Præ.** Philosophus dicit in lib. de aia, quod non est eadem statua numero quae destruitur, & de eodem ere reficitur, pari ergo ratione corpus quod modo corrumpitur, non erit idem numero cum eo quod resurget.  
**¶ 4 Præ.** Cõstat quod homo humanitate est homo, & vna humanitate vnus homo: sed in corpore quod nunc est, & quod resurget, erunt duae humanitates, quae per mortalem destruitur forma totius, ergo erunt duo homines, & sic vbi quae corpora non resurgunt eadem numero.

**CONTRA.** Job. 19. Quæ vltimus sum ego ipse & c.

**RESPON.** Dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit idem numero, requiritur identitas principiorum essentialium. Vnde quodcumque principiorum essentialium, etiam in ipso indiuiduo, variatur, necesse est etiam identitatem variari. Illud autem est essentialia cuiuslibet indiuidui, quod est de ratione ipsius, sicut cuiuslibet rei materiali sunt essentialia materia & forma: vnde si accidentia variantur & mutantur remanentibus principijs essentialibus indiuidui, ipsum indiuiduum remanet idem. Cum ergo principia essentialia hominis sint anima & corpus, & hæc remaneant, quia resurget eadem anima & idem corpus, dicendum quod corpus hominis resurget idem numero.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod obiectio illa procedit ex falso intellecto literæ. Non enim dicitur idem numero illud, quod habet idem accidens nunc & postea, & idem proprium: sed illud est idem numero, quod est idem cum accidere, & idem cum proprio, sicut cum subiectum est idem cum accidere, proprio, & diffinitione, & non illa quae habent idem accidens, idem proprium, & vnã diffinitionem, vnde patet, quod obiectio false intellexit textum. Dato autem quod secundum illud intellectum procedat obiectio, dicendum quod intelligitur de accidentibus indiuiduanis, sicut de dimensionibus, & erunt hæc in corporibus glorificatis. Item, erit ibi idem proprium, sicut, Job. 8. Implebitur os tuum risu, & labia tua iubilio. De diffinitione vero dicendum, quod licet resurgat immortale, tamen vera mortalitas non tollit ab eo, quia natura humana erit ibi, quae ex se habet quod sit mortalis.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod licet eadem materia faciat idem numero, non tamen materia nuda, nec quae facit principium in numero, sed vna materia secundum quod est sub dimensionibus terminatibus ipsam, facit idem numero: vnde licet multae formae reiterentur in anima

corporis resurgentis, tamen resurget corpus sub eisdem dimensionibus, & cum eisdem principijs essentialibus.

**AD TERTIVM** dicendum, quod Augustinus dicit contrarium. Ipse enim vult, si statua reficiatur ex eodem are, quod sit eadem numero. Nihilominus tamen dicendum, quod omnia artificialia ponuntur dupliciter, in genere, vel in specie, quae vel per materiam suam, vel per formam suam. Naturalia autem ponuntur in genere, vel specie tamen per formam suam: forma autem artificialia, quia sunt accidentia, ideo oportet quod collocentur in genere, vel specie, vel materia, naturales vero non, quia sunt substantiales. Dico ergo quod si consideretur statua prout ponitur in genere, vel specie per materiam suam, sic reficit eadem statua. Si vero consideretur prout ponitur in genere, vel specie per formam, sic dico quod non reficitur eadem, sed alia, quae alia est forma huius, & alia illius in corpore autem non est sic, quia in corpore erit eadem forma.

**AD QVARTVM** dicendum, quod non sunt duae humanitates in corpore quod corrumpitur, & quod resurgit, sed vna: quia principia essentialia non mutantur, sed sunt eadem.

QVÆSTIO VII.

DE sacramentis vero gratia quaesita sunt tria.

**¶ 1 Primum.** De sacramento confirmationis.  
**¶ 2 Secundum.** De sacramento Eucharistiae.  
**¶ 3 Tertium.** De sacramento matrimonij.

ARTICVLVS VII.

Virum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis, vel etiam alius.

**C**IRCA primum quaeritur, virum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis, vel et alius, & vbi quod non solum episcopus, sed etiam quod quilibet sacerdos possit conferre. Constat enim quod in confirmatione confertur gratia spiritalis: sed huius gratiae collatio sic est ordinata, ut non possit impediri: constat autem quod per absentiam episcoporum multotiens impeditur, quia non sunt ubique praesentes, ergo debet conferri per ministrum sacerdotum, qui sunt ubique praesentes.

4. dist. 19. q. 1.  
2. artic. 1. q. 1.

**¶ 2 Præ.** Sacramenta instituta sunt propter utilitatem, ergo debent eo modo conferri, quo competunt utilitati omnium: non autem competere utilitati, si solus episcopus conferret hoc sacramentum, in quo datur robur Spiritus sancti, quia non omnes habent opportunitatem episcopi, ergo debet fieri per sacerdotes, per quos possunt omnes consequi hanc utilitatem.  
**¶ 3 Præ.** Constat quod sacramentum baptismi est maius quam sacramentum confirmationis, sed baptismus potest conferri per quoslibet sacerdotes, ergo multo magis confirmatio.

**IN CONTRARIVM** est Ecclesiae consuetudo.

**RESPON.** Dicendum, quod proprius minister sacramenti confirmationis est episcopus, & hoc probatur ratione, & autoritate. Ratio quidem, quia confirmatio ad hoc fit, ut homo in quadam perfectione constitutatur, cum detur ad robur Spiritus sancti, ut homo ex hoc fiat fortis & robustus ad consistendum, & proponendum fidem coram regibus & principibus, vnde & per hoc fit in fronte, ut non timeat, nec confundatur proponere fidem coram omnibus, & defendere. Sicut autem Dion. dicit, tres sunt actiones hierarchie, scilicet purgare, illuminare, & perficere. Purgare est proprium diaconorum, illuminare presbyterorum, & hoc consistit maxime in Eucharistia: perficere vero est episcoporum, & ideo omnia sacramenta, quae ad perfectionem conferuntur, pertinent ad collationem episcopi, quae sunt collatio ordinum, consecratio virginum & valorum, & confirma-

confirmationis sacramentum, unde aliud non potest conferre confirmationis sacramentum nisi episcopus. Hoc etiam patet autoritate scripturæ. Confirmatio. n. successit in locū impositionis manū: hoc autem non poterat fieri nisi per solos Apostolos, unde & per Philippum qui prædicauerat uerbū domini in Samaria, non imponebantur manus, sed Apostoli qui erāt Hierosolymis audito q̄ Samaria recipit uerbum Dei, miserunt ad eos Petrū & Ioan- nem. & postea sequitur. Tunc imponebant manus super illos, &c. unde cum episcopi succedant in locum Apostolorū, solis episcopis debetur collatio sacramenti cōfirmationis. Inuenimus tamen q̄ aliqua quæ in quadam perfectione constituunt, ex dispensatione committuntur simplicibus sacerdotibus, sicut collatio minorum ordinum, & huiusmodi, quod etiam de confirmatione fieri posset cum dispensatione, sine qua nullus debet conferre hoc sacramentum, nisi solus episcopus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnia sacramenta, in quibus confertur gratia spiritualis, potest conferre sacerdos, unde licet in sacramento confirmationis cōferatur gratia spiritualis, non tamen competit sacerdoti, quia perfectiori modo in sacramento ordinis confertur gratia spiritualis, quæ reseruat solis episcopis pp̄ perfectionē, in qua cōstituit. Nec obstat de impedimento, quia possunt recurrere ad ciuitates, in quibus sunt episcopi præsentēs.

Et per hoc patet solutio ad secundum.  
AD TERTIVM dicendum, quod sacramentum baptismi est maius necessitate, nō perfectione, & ideo propter eius necessitatem non solum sacerdotes, sed etiam quilibet christianus potest baptizare in articulo necessitatis, ubi non habetur copia sacerdotis, seruata nihilominus forma sacramenti. Confirmatio uero quia non est adeo necessaria, & constituit in quadam perfectione, ut dictum est, maioribus reseruat, scilicet solis episcopis.

QVÆSTIO VIII.

CIRCA sacramentum Eucharistiæ quæstia sunt duo.

¶ Primò, De illis qui excluduntur a consecratione per fornicationem.

¶ Secundò, De illis qui excluduntur a participatione sacramenti per excommunicationem.

ARTICVLVS VIII.

Verum aliquis possit audire Missam sacerdotis fornicarij, quin peccet mortaliter.

AD PRIMVM quæsitū est, utrū aliquis possit audire Missam sacerdotis fornicarij, quin peccet mortaliter, ut q̄ nō possit audire sine peccato mortali. Ecclesia. n. precepit sub anathemate, q̄ nullus audiat missam a fornicario sacerdote: sed facere cōtra huiusmodi mandatum, est peccatū mortale, ergo &c.

CONTRA est, q̄ in multis locis p̄ mundū sustinetur.

RESPON. Dicendum, q̄ circa hoc est considerandum q̄ aliquid quantū ad ius naturale est per se malum, & aliquid malum est quantum ad ius positiuū. Quicumque enim sacerdos in peccato mortali existens celebrat, peccat mortaliter: unde si constaret mihi eum esse in peccato mortali, & inducerem eū ad celebrandum, peccarem mortaliter, & hoc est fm̄ ipsum ius naturale, quia hoc est prouocare eū ad peccatum mortale. Ius autem positiuum addit plus, quod nō solum debemus inducere eū ad celebrandum, sed et si audiam eius missam, pecco mortaliter, q̄ quidē institutum est in penam sacerdotis

fornicarij. Attendēdū tñ est, q̄ hoc non intelligit de quolibet sacerdote fornicario, sed de publicis fornicarijs, qui proprie dicuntur publici, q̄n̄ ita officio & sn̄a Ecclesiæ uocantur publici. Unde quicumq; a tali fornicario publico audit missa, peccat mortaliter.

AD illud quod obijciunt dicendum, q̄ si iustitetur a prælatis, propter hoc non excusatur: quia hoc est vel propter negligentiam, vel propter miseriam & defectum ipsorum prælatorum, qui nō sunt ausi corrigere alios, cum in se multa corrigenda cognoscant, vel etiam propter timorem aliquando, unde non excusantur propter hoc.

ARTICVLVS IX.

Verum aliquis loquendo, comedendo, seu stando cum excommunicatis peccet mortaliter.

CIRCA secundum quæsitum fuit, utrū aliquis loquendo, comedendo, seu stando cū excommunicatis peccet mortaliter, & videtur q̄ sic, quia multi magistri Decretorum & magni hoc dicunt.

¶ 2 Præter. Facere contra præcepta Ecclesiæ est peccatum mortale: sed Ecclesiæ mandat quod nullus loquatur, nec comedat cum excommunicatis: hoc ergo qui facit, peccat mortaliter.

¶ 3 Præter. Quædam Decretalis dicit, ubi cōsuebat summus Pontifex, utrū posset participari excommunicatis, q̄ hoc etiam pro uitando dispēdio mortis non debet facere, & huius assignat causam dicens: quia est peccatum mortale, videtur ergo quod quicumque in aliquo participat cum eis, peccet mortaliter.

CONTRA est, quod nos videmus multos perfectos viros hoc facientes, qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, q̄ aliquis per excommunicationem separatur a cōmunionē fidelium, non autem hominum, nisi per accidens: quia intantum separatur a cōmunionē hominum, in quantum conuenit separari a cōmunionē fidelium. Dico ergo q̄ aliquis potest cōmunicare, seu participare cū excommunicato directe, & indirecte. Directe quidē in his quæ sunt fidelium, & sic ille qui hoc modo ei cōmunicat, peccat mortaliter. Et hoc contingit tripliciter, quia si cōmunicat secū in diuinis, sicut si orē pro eo, vel audiā missam cū eo, & in alijs spiritualibus. Itē, si ex cōtempitu, & hoc in quocūq; cōicatus cum eo, quasi cōtempnēs mandatum Ecclesiæ, peccat mortaliter. Itē, quicumq; participat secum in crimine, & in causā. Indirecte uero cōicatus cum eo in his quæ sunt hominis, sicut in uerbo, in cibo, & in his quæ sunt simpliciter humane conuersionis, & fm̄ hoc non peccat mortaliter, sed uenialiter, nisi faciat ex contemptu, ut dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ opinio Decretistarum non est uera, quia ipsi plus assentiunt in his, & sequuntur ius humanum q̄ diuinum, cum plus sit assentiendum diuino, quam humano: & ideo melior est opinio aliorum, qui dicunt contrarium.

AD SECVNVM dicendū, q̄ cōicatus cum excommunicato directe, est contra præceptum Ecclesiæ, & est peccatū mortale, sed indirecte non est contra, sed præter præceptū Ecclesiæ, & hoc nō est peccatū mortale, sed ueniale. Unde sciendū est, q̄ quædam sunt per se mala, & hæc non possunt fieri sine peccato, sicut cōicatus excommunicato in his quæ sunt excommunicati, & ideo nō possunt fieri sine peccato mortali. Quædam uero sunt occasione malorum tantum, & ista possunt fieri sine peccato mortali, & sic est loqui, vel comedere cum excommunicatis.

AD

3. p. n. 82. ar. 9. o. & 4. dist. 3. q. 2. art. 2. q. 4. o.

Ab illi. dicendum, quod non solum quis debet subire mortem antequam peccet mortaliter, sed et antequam peccet venialiter, quia peccatum in quantum peccatum, numquam est eligibile. Si enim esset eligibile, numquam esset peccatum, & sic non peccarem si facerem: & ideo per hoc non concluditur, quod id non sit participandum eis, quia est peccatum mortale, & qui hoc facit, peccat mortaliter: quia etiam si esset veniale, non esset participandum eis, & tamen non peccaret mortaliter participando.

Vel dicendum est, quod Decretalis illa intelligitur de illis, qui directe edicant excommunicatis.

QVÆSTIO IX.

**C**IRCA sacramentum matrimonii quæritur sunt duo. **¶** Primum, De maleficiis. **¶** Secundum, De frigidis.

ARTICVLVS X.

*Vtrum maleficia impediant matrimonium.*

**A**D PRIMUM quæsitum est, vtrum maleficia impediant matrimonium. & videtur quod non, quia opus Dei, est fortius quam diaboli: sed matrimonium est opus Dei, maleficium vero opus diaboli. ergo matrimonium est fortius maleficio, non ergo impeditur per ipsum.

**C**ONTRA. Maior est potestas demonis, quam hominis: sed hoc per matrimonium impeditur, ergo & demones.

**R**ESPON. Dicendum, quod matrimonium est quasi quoddam pactum. Nam per matrimonium vnus tradit potestatem sui corporis alteri ad carnalem copulam. Constat autem quod pactum de impossibili nullum est, cum nullus possit se obligare ad impossibile: & ideo quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam, si hoc sit ei impossibile, matrimonium nullum est. Sed notandum est, quod impossibilitas carnalis copule ex aliquo impedimento pro veniens potest dupliciter considerari, quia vel illud impedimentum est superueniens matrimonio iam consummato, vel precedens. Si est superueniens, tunc matrimonium iam consummatum numquam soluitur. Si vero impedimentum precedat, tunc matrimonium non dum consummatum soluitur. Item circa hoc sciendum, quod impedimenta huiusmodi vel sunt perpetua, vel ad tempus. Si sunt perpetua, tunc matrimonium illud simpliciter impeditur: si vero sunt temporalia, tunc matrimonium non impeditur simpliciter, sed ad tempus, ita tamen quod impedimentum in vtriusque precedat. De maleficiis autem sciendum est quod quidam dixerunt quod maleficium nihil est, & quod hoc proueniebat ex infidelitate: quia volebant quod demones nihil sunt, nisi imaginationes hominum, in quantum, scilicet homines imaginabantur eos, & ex ista imaginatione territi ledebant. Fides vero catholica vult quod demones sint aliquid & possint nocere suis operonibus, & impedire carnalem copulam, & id homini impedimenta si precedat & sint perpetua, ut dictum est, simpliciter impediunt matrimonium.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod et diabolus est opus Dei, & non solum matrimonium, & inter opera Dei vnus est fortius alio, & vnus impedit per aliud magis forte. Vnde cum diabolus sit fortior quam matrimonium, nihil prohibet per ipsum matrimonium impediri.

ARTICVLVS XI.

*Vtrum frigiditas impediat matrimonium.*

**C**IRCA secundum, quæsitum est, vtrum frigiditas impediat matrimonium. Videtur quod non, quia

senes sunt frigidi, & tamen contrahunt matrimonium.

**I**N CONTRARIUM est, quia nullus obligat se ad impossibile: sed impossibile est frigidis carnaliter alicui copulari. ergo si ad hoc obligant se, pactum huiusmodi nullum erit.

**R**ESPON. Dicendum, quod frigiditas eadem ratione impedit matrimonium, sicut maleficium, cum sit eadem impossibilitas in vtroque, quia tamen non differt frigidus & maleficiatus. Frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes, maleficiatus vero est quidem impotens, non tamen quo ad omnes, sed quo ad vnam tantum. Nam maleficium consistit in imaginatione viri respectu vnus mulieris, in quantum, scilicet operatione demonis fit illi abominatio alicuius mulieris, quia propter horrorem refugit & respuit, & ideo aliter impedit frigiditas, & aliter maleficium. Nam frigiditas impedit aliquem, ita quod oportet, quod remaneat absque omni spe contrahendi, si ab vna impediatur. Vnde si aliquando aliquis efficitur potens, oportet reintegrare primum matrimonium, unde frigiditas soluit contractum, & impedit contrahendum: maleficiatus vero impeditur quantum ad istam tantum, unde datur ei licentia nubendi alteri, & mulieri similiter: unde maleficium soluit contractum, sed non dirimit contrahendum, ut iam patet.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod senes sunt frigidi non quidem ad actum generationis, sed ad generationem prolis: & ideo cum possint carnaliter copulari non soluitur matrimonium. Frigiditas vero quæcunque carnaliter copulam impedit, soluit matrimonium.

QVÆSTIO VI.

**C**IRCA conuersationem vero humane vite quæritur sunt quedam per comparationem ad proximum: quedam vero per comparationem ad res quæ in vltimo hominum ueniunt. Per comparationem vero ad proximum, quæsitum est de correctione fraterna, circa quam duo quæritur sunt.

ARTICVLVS XII.

*Vtrum debeat aliquis in publico, vel in privato corrigere proximum, vel fratrem suum.*

**P**RIMUM vtrum debeat aliquis in publico, vel in privato corrigere proximum, vel fratrem suum. Vnde, quod occulte. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. videtur ergo quod occulte sit corrigendus frater delinquens.

**C**ONTRA I. Ad Timot. 5. Peccantem coram omnibus argue.

**¶** Prat. Aliqua constitutiones hoc habent, ut scilicet publice corrigatur.

**R**ESPON. Dicendum, quod homini correctio ex charitate debet precedere, & inde est quod dicitur fraterna correctio: & ideo oportet ordinem fraterne correctionis sumere secundum ordinem charitatis. Ordo autem charitatis est, ut quis bono proximi præferat bonum commune. Item, ut velit bonum proximi, & conscientiam, & famam, & in his magis velit bonum conscientiam, quam vtrumque haberi non potest. Et ideo his consideratis, credo quod si esset aliquod peccatum carnale, seu spirituale, quod uergeret in detrimentum multitudinis, statim est reuelandum, cum præponderat bonum commune in ordine charitatis, ut dictum est, bono proximi siue sit fama, siue conscientia. Quod vero non timetur multitudinis detrimentum, tunc debet quis vtrumque custodire, scilicet bonum fame, & conscientiam. **Q**uodlibet. S. Tho. **K** scientiam,

4. d. 34. q. 4. ar. 3. o.

4. d. 34. q. 4. ar. 3. & d. 36. ar. 1. & dist. 39. q. ad 3.

1. p. q. 55. ar. 1. ad 1. ma. q. 3. ar. ad 1.



scientie, corrigendo occulte inter se & ipsum. Si autem ex hoc correctio non sequatur, tunc secundum ordinem euangelij debet secum adhibere alium, uel etiam referre ecclesie: nihilominus tamen & in hoc seruandus est ordo, ut si peccatum sit publicum, publice corrigatur: si uero occultum, occulte. & ideo dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, id est te sciente solum &c. quantum ad occultum, quantum uero ad publicum dicitur. Peccantem, scilicet publice, coram omnibus argue.

Et sic patet solutio ad primum utriusque partis. Ad aliud uero dicendum, quod illud de constitutionibus ordinatum est, & seruari debet in his quae uergunt in periculum & detrimentum societatis & collegij.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo.

SECUNDO queritur, utrum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo. Videtur quod sic, quia facere contra ordinem euangelij est peccatum mortale: sed statim referre prelato est contra ordinem euangelij. ergo peccat mortaliter.

CONTRA est, quia hoc faciunt multi uiri perfecti qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale. ¶ 2. Prælati possunt non solum de præteritis, sed & de futuro præbere cautelam, & ideo si eis referatur, non uidetur esse peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod uerbum Domini quod dicit Math. 18. de correctione fraterna, est intelligendum sicut alia uerba quae dicit pertinentia ad humanos actus, & seruari debet secundum quod dependet a charitate, & ideo dico quod cum debitis circumstantiis intelligenda sunt. Sciendum est autem quod in criminibus tripliciter proceditur secundum iura, quia per inquisitionem, & hoc est in peccatis publicis, & non debet fieri nisi præcedat clamor congregationis. Item, per denuntiationem, & per accusationem, & hoc est in priuatis. Si autem procedatur per accusationem, tunc debet fieri præscriptio, quia obligatur accusans ad rationem, & in hoc intenditur ut finis bonum reipublicae, unde hoc potest fieri secundum uoluntatem siue publice, siue priuati. Si autem procedatur per denuntiationem, tunc debet præcedere fraterna admonitio, quia finis huius est emendatio proximi, & ideo debet seruari ordo fraternae correctionis. Vtrum autem statim cum quis scit fratrem suum peccasse, debeat denuntiare prelato, dico quod in his distinguendum est de conditionibus subditi & prelati. Nam si ego scio quod frater per me corrigitur, tunc non debeo hoc denuntiare prelato. Si autem uerum quod hoc melius fiat per prelatum, & prelati nihilominus sit pius, discretus, & spiritualis, non habens rancorem, seu odium aduersus illum subditum, tunc licite potest hoc denuntiare sibi, & tunc non dicit ecclesiae, quia non dicit ei sicut prelato, sed sicut personae sufficienti ad correctionem proximi & emendam. Sed quia per conditiones diuersas prelatorum & subditorum, non potest in hoc dari generale iudicium, quia aliqui prelati uel mouentur ad odium aduersus subditum, uel subditus non bene ferret uerba prelati: ideo tenendum est hoc pro regula, quod in omnibus istis seruanda est charitas, & quod melius & magis expedire uerum, & si hoc intendat, scilicet emendam proximi, seruet quantum potest bonum charitatis, tunc denuntians non peccat. Si uero denuntiet cuiusque personae hoc ex malitia, & ut proximus confundatur, uel deprimatur, tunc denuntians, siue accusans peccat mortaliter.

AD PRIMUM ergo dictum, quod si statim aliquis referat prelato adhibens debitas circumstantias, & considerans magis expedire, non facit contra preceptum euangelij, quia non dicit hoc ecclesiae, sed personae sufficienti, ut dictum est, & ideo non peccat mortaliter.

Ad 2. dicendum, quod et perfecti uiri peccarent mortaliter, si denuntians plato, uel alicui personae intendere aliquid, quod est contra intentionem precepti.

Ad 3. dicendum, quod si aliquis referat prelato culpam proximi intendens uel cautelam in futurum, uel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi uideret expedire, non peccat. Si autem hoc siue prelato, siue alicui amico suo ex malitia referat tunc peccat mortaliter. Quod si ex incautela alicui dixerit hoc, ita tamen quod non proueniat in de aliud uel infamia, uel uituperium proximo delinquenti, tunc non peccat mortaliter, licet incaute agat.

INCIPIT QVODLIBET DVODECIMVM. QVAESTIO I.

QVAESITVM est de rebus quae sunt supra hominem, & de rebus humanis. ¶ Circa primum quaesitum est, de Deo, de angelis, & de celo.

¶ Circa primum quaesitum est de Deo quantum ad suum esse, quantum ad suam potentiam, quantum ad eius praedestinationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sit tantum unum esse.

CIRCA primum quaesitum est, utrum in Deo sit tantum unum esse. Essentiale, ut præter illud sit esse in Deo esse personale, & ut quod sic, quia aliud est patris esse, aliud filium esse, & aliud spiritus sancti esse: sed esse essentialiter non est aliud, & aliud, ergo &c. ¶ 2. Præter. Proprium forma est quod dicit esse: sed in diuinis sunt tres proprietates personales, quae obtinent uicem forma: ergo &c.

CONTRA. Aug. dicit. In diuinis tantum unum esse. RESPON. Dicendum, quod ueritas fidei habet quod in diuinis solum est distinctio quae est secundum relationes oppositas, relatio autem sicut & qualibet forma habet esse se comparatione ad illud cui inest, unde esse filiationis est per comparationem ad subiectum cui inest: relatio autem in diuinis non distinguitur ab eo cui inest, uel in quo est, quia est ipsa res quae refertur, sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur: & ex hac parte non desideratur esse relationis, sed distinctio & oppositio eius, & ideo est in Deo unum tantum esse, scilicet essentialiter.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod esse dupliciter dicitur. Quodque non esse idem est quod actus entis, quodque autem significat compositionem enuntiationis, & sic significat actum intellectus, quomodo intelligitur quando dicitur quod aliud est esse patris, & aliud filii, non primo modo.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut & quae libet forma, paternitas facit esse. Patrem, qui est diuinum esse, & facit tantum unum esse in quantum paternitas facit esse.

QVAESTIO II. ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit facere contradictoria esse simul uera, infinita esse simul acta.

DEINDE quaesitum est de potentia Dei. Et primo, Vtrum Deus possit facere contradictoria simul esse.

¶ Secundo, Vtrum possit facere infinita in actu.